



**Praxis Beneficiariorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrivm Doct. Ac Comitis, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

**Rebuffi, Pierre
Coloniae, 1610**

De non promotis intra annum quando priuati censeantur, & quando
possint excusari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](#)

Bannum ad officium Archidiaconi spectare dicat.
ordinātū ad hoc e. & c. vi no[n] frun. de offi. Arch. ca. si quis
frun ad 94. distin. Gofr. in summa de temp. ordin. §. nunc
quem p[ro]p[ter]e videamus. Tamen hodie in Francia Archi-
diaconi de consuetudine amiserant istud

examinandius, vt nunc solos episcopos
examinare, vel committere videamus:
ideo tenetur illi qui examinaverunt si
indignus presentetur. i. si seruus. s. 4. dist. nec
non Episcopus tenetur. ca. accepimus. de c-
tue & qualitate. si malum examinatorem
& corruptum elegit, vel ignarum, sicut &
exercitor nauis de facto iui magistri. l. n. §.
magistrum. ff. de exercit. actio. & debet episco-
pus eos adgere iuramento, quod iustè e-
os examinabunt, & fideliter & verè sen-
tentiam dicent super his.

15 Hodie quoque non seruatur illud
scrutinium, seu examinatio, quæ fiebat se-
cundum formam positam in t. vno, de scruta-
nione in ordine facien. lo. sed examinans, si re-
periat examinatum idoneum, illum ca-
talogo ordinandorum inscribi mandat. &
demum is suscipit ordinem, ad quem est
examinatus. in primavero tonsura parua
est examinatio, in susceptione quatuor
minorum est maior, in subdiaconatu de-
bet esse maxima: quia in aliis examinari
postea non solet: fed quidam bursam ex-
aminant & Ciezum imitantur, [Elisei fa-
mulum, de quo. 4. reg. c. 5.]

De promoti-
nō per sal-
lum. 16 Interdum etiam quis per saltum or-
dinis recipit verbi gratia, à subdiaconatu
saltat ad sacerdotium, quod accipit sine
diaconatu: & tunc interdicitur ei execu-
tio ordinis, quem recipit, donec quod est
omissum supplicetur, id est, diaconatus
collatus sit. c. foliatio. s. 2. distin. & episcopus
poterit cum isto ordinato dispensare, & ei
conferre diaconatum, vt tunc ipse ordina-
tus ministrare possit per text. in c. vno. de cler.
per saltum premo.

17 Quod intellige, si non ministraverit
in ordine non suscepito: alioqui solius est
Pape dispensare: quandoquidem effectus
est irregularis, & incidit in p[ro]enam clerici
non ordinati ministrantis. de qua in cap. i. de
clericis non ord. minist. Host. in summa illius tit.
§. l. v. de P[ro]st. in sua summa, in v[er]o. irregula-

rias. §. n. queritur, post Lappum alleg. 29. an
dispenseret. & si impetreret dispensationem,
requiritur in ea absolutio, dummodo rite
se promoueri faciat.

De promo-
tis sine ex-
minatione.

18 Alii reperiuntur, qui furtive, id est, si-
ne examinatione, & approbatione supe-
rioris se ingerunt ad ordines cum aliis ap-
probatis ignorantे episcopo: & tunc si
hoc erat prohibitum ab episcopo ordi-
nante sub pena excommunicationis ipso
facto incurriendo, tunc is ordinatus non
poterit in suscepito ordine ministrare, nec
ad superiorem ascendere sine Papæ dis-
pensatione. Secus si tantum erat prohibi-
tio sine excommunicatione. v[er]o. i. & per
rotum, de eo quis sursum ordines ceperit, summa
Ang. in verb. irregularis. §. 23.

19 Sit tamen episcopus dicat, Non inten-
dimus ordinare non examinatos, & non
approbatos, & tunc qui se ingerit non erit
ordinatus, ideo oportet quod iterum or-
dinetur, iniungendaque est illi penitenti-
a, priusquam ordinetur: quia valde deli-
quit, se ingerendo susceptioni ordinatur
ante approbationem. dicit. ibid.

De non promotis intra annum quan-
doprinati censeantur. & quan-
do possint excusari.

Regula juris est notissima, quod qui-
cunque habet ecclesiam parochiale, [Habens ec-
clesiam parochiale]
tenetur intra annum promoueri: a-
lias amittet ipso iure ecclesiam illam, &
potest per non promotionem tanquam
vacans impetrari, & conferri. ca. licei canon.
de elect. in 6. etiam ante declarationem, ve-
runtam posseidens non remouebitur à
possessione, nisi vocatus & auditus fuerit,
quia forte ius habet retinendi. cap. licei Epi-
scopus. de præb. in 6.

Ratio cur
promouera
quis censeat
tur.
2 Ratio autem huius edicti est, quia pre-
fectus parochie & parochianus, seruire
debet illis, celebrando, confitendo, & a-
lia, quæ ad verum curatum spectant, fa-
ciendo, quod præstare non potest, nisi
promoueat: tum quia propter officium
& servitum datur beneficium. ca. fin. de re-
scrip. in 6. Et quia periculum etiam marum

ex

ex defectu pastoris non seruientis. c. ne pro defectus de elect. [Et si promotus fuerit, ramen non seruiat, nec celebret, non vaeat ecclesia per non promotionem, sed inspeccatione sic. Ideo opus est noua declaratione, quod promotus intratres missas non celebret, quod esset ipso iure priuatus, eo quod multi promouentur, & celebritate desisaunt, & quo ad effectum promoti non censemur. r. scripti in l. yuaria, ff. de verbis figura. & omnes in felis latem quatuor anni solennibus celebrare tenentur. facit c. si quis in clero. 7. g. 1. & ea fin de sent. ex com. in 6.]

3. Addit regula istam etiam factam esse ad cautelam, ne videlicet liberum sicuti post receptos fructus ecclesiarum eas relinquere, & contrahere matrimonium: ut in c. commissa de elect. lib. 6. Ideoque prouidetur, vt quis teneatur intra annum promoueri, quo melius eidem rei seruiat, cui fuit praepositus.

4. Quæ regula præter curatos ampliatur etiam circa alios, ut primo procedat quoque in vicariis perpetuis. cl. rna. de officiis. vicarii, qui licet non sint rectores ecclesiarum, sunt tamen rectores curæ animarum, & grex parochianorum est eis commissus. arg. c. prouideas. de off. nicar. quam obrem eis incumbit, vt gregi eisdem credito deseruiant, vt illum pascant, & verbo doctrinæ, & exemplo. c. quoniam, & c. inler. c. tera de off. ord.

5. Secundum etiam habet locum in habitibus prioratus conuentuales, aut curatos, cle. ne in agro. §. ceterum. de statu monach. qui prior conuentualis ratione monasterii & personarum eiusdem habet curam monasterii, & personarum tam in foro penitentiali, quam judiciali, ideo promoueriteneret, sicut aliam habens curam.

6. Intelligiue i la beneficia vel prioratus habeat in titulum, sive in commendam, per d. §. ceterum, ibi collationis, seu commissio nis sibi factæ: nam qui in commendam habet, non plus iuris habet, quam habens in titulu, nec minor idoneitas requiritur in commendatario, quam in habente titulum per c. nemo de elect. in 6. & d. §. ceterum,

Vicarius
perpetuus
promoueri
intra annū
tenetur.

Prior con-
uenualis
etiam com-
mendata-
rius intra
annum
promo-
tuendus.

loquitur generaliter, quando conferuntur, aut committuntur, conferuntur in titulum: committuntur in commendam: vi in cl. rna. de suppl. negl. præl. vii abund. scripti in tract. de paci/ posse. in 5. amplia. nu. 42. [Si tamen cura regatur per secularem vicarium, dicere non priuari priorem: quia curatus actu non dicitur prioratus, vi m. serius abundans scribani.]

7. Tertiò habet locum tam in seculari bus, quam in regularibus: vnde si committatur ecclesia parochialis à Papa cuidam regulari, tenebitur is etiam promoueri intra annum, per d. c. licet canon.

8. Sic erit dicendum in seculari, cui prioratus regularis conuentualis, aut curatus est commendatus. Imò ab ordinario non possit ecclesia parochialis commendari cuidam, nisi qui actu sacerdos existat. c. nemo ergo si Papa eidem commendet, tenebitur idem promoueri iuxta terminum iuris. Et ita fuit decisum magna camera inquisitionum, anno 1534.

9. Tamen §. ceterum, non habet locum in Præpositis, Decanis, & aliis præsidenti. Arg. Prepositi in canonici regularibus: tum quod ille. & decan text. tantum loquatur de prioribus conuentualibus, & curatis: tum etiam quia turpiter est constitutio pœnalis, ergo non exten. promouetur, per l. cunquidam ff. de lib. & posthum. nem. nam hoc exp̄s̄it Papa, si voluisset c. ad audiētiam de Decimis.

10. Nec refragatur quod Benedictus 12. extenderit etiam ad Præpositos, decanos, & alios præsidentes ecclesiis conuentualibus: ut patet in const. Bened. c. 29. incip. in super. reis nos par i ratione: hoc est verum in ecclesiis conuentualibus monachorum, quia in illis est speciatim statutum, ergo in alio locum non habet, quæ non sunt ordinis S. Benedicti, quibus exp̄s̄e monachis illa lex est data: vi consulari Federicus de Senis, cons. 25. casus talis est, quidam, & Dom. Promot. cons. 132. casus talis.

11. Quartò extende, etiam si habens ecclesiastiam parochiale non recipere fratres primi anni propter deportus, quos franchi vocant Galli, nihilominus tenebitur promoueri, alioqui priuatus erit anno elapsio anni.

per

per c. licet canon. tum quia grex est eidem
commisus, ut ibi, & habeat pacificam pos-
sessionem curæ, ac liberum exercitium ani-
marum: ergo propter earum periculum
tenetur sic promoueri, gl. & doct. in c. cō-
missa, ibi Dom. & Phil. Perus. de elect. in 6. & in
c. scribi concessio, de pr. ab. ibidem & Do. cons. 425.
dubia, in 3. q. vers. super tercio.

12. Nam licet n̄ illo anno recipiat, quo
seruire teneatur, tamen parare se tenetur
ante tempore, quo fructus recipere lie-
bit, si idoneus ad seruendum, & sic pro-
moueri tenebitur illo anno. Nec obstat
quod per adeptiōem secundi non vacat
pranum, cum ex eo n̄ recipio: magna si-
quidem estratio differentiæ inter virting,
cum inducere vacationem primi, ex quo
nihil ex secundo percepi, & sic nec illud
censeor habere nimis graue esset, & per-
petuum esset detrimentum. Sed quod te-
neat promoueri intra illum annum est
potius honor, quam onus: cuius honoris
si quod sit incommode in non percipiē-
do fructus primi anni, temporaneum est
illud, & modicum: cuius rationem prætor
non habet. l. scio. ff. de rati. in integ.

13. Addo quod c. si tibi, n̄ de hoc ultimo
dicit: sed hoc tantum de primo, & quoniam vi-
delicet esse, vt non debeat vacare primum,
quamdiu n̄ recipis ex secundo: cuius non
videor habere pacificam possessionem in
plena, nec videor renunciare bene ficio
primo, ex quo lucrum habeo, proper se-
cundum, ex quo n̄ consequor: & huius
sententiae sunt do. de Rot. decif. 6. suffici,
inst. [sub tit. de preb. decif. 3.] & do. Gen.
conf. 7. for manir. col. vlt. pluribus compro-
bare, nisi putarem ista sufficere. Si tamē
quis retineret sibi omnes fructus, & renū-
ciaret parochiali ecclesiæ, putarem eum
qui n̄ percipit, promoueri non teneri:
quia n̄ habet, & episcopus eum non pro-
moueret sic per ca. episcopus de præb. & post
quam non vivit de altari, seruire non te-
netur. c. cum secundum de præb. vrde ille qui
recipit fructus, tenetur sacramenta admini-
strare, & eo mortuo tenetur resigna-
tarius intra annum promoueri, & ita pu-
tare in dicendum in hoc casu, secus in præ-

cedente, in quo paruo tempore caret fru-
ctibus, hic multo, & forte ad vitam non re-
cipiet. Ethoc tenet. gloss. Monach. in d. c. fi-
elbi concessio quamvis. glo. contra: quia post
quam alter recipit fructus, habet curæ ex-
ercitium autoritate Papæ, ergo alter resig-
natarius, qui plenè non dicitur illud be-
neficiū habere, quandiu alter viuet, non
tenebitur promoueri, quia cessat ratio. ca.
cōmissa, vt retrocedere possit post fructus
perceptos, quos si non percipit. Nec de-
bet imputari sed dicit. glo. isti qui illud bene-
ficiū accepit, sicut si accepisset benefi-
cium, cuius nulli essent fructus: ratione
forte belli, quia n̄ est eadē ratio. Nam qui
recipit beneficium cuius nulli sunt fructus,
hic solus habet & titulum, & curæ exerci-
tium: sed quando sunt omnes fructus re-
seruati resignanti, hic habet curæ exerci-
tium antiora: te Papæ, ergo non debet im-
putari illi qui accepit titulum beneficij,
cuius fructus non potest percipere: quia si
non haberet alium titulum episcopus eū
non promoueret, sed teneretur illi proui-
dere, si eum ordinaret, per ca. si episcopus de
præb. in 6.

14. Animaduertendum est tamen, quod Recipientis
non promotus intra annum, & si postea fructus
recepit fructus, non ideo redditur inha-
bilis ad alia beneficia, quia pena illa n̄ ap-
ponitur in d. c. licet canon. veruntamen te-
nebitur fructus restituere, si animum pro-
mouendi non haberit. c. commissa, de elect.
in 6. de Rot. decif. 326. nota quod non admit-
titur. in antiqu. sub tit. de excep. decif. 3. Iibi di-
cit contrarium in Cácellaria teneri: suprà
dixi in dispens. super defectu nat. teneri resti-
tuere postquam non seruit.

15. Sed an is, qui n̄ habuit animum pro-
mouendi, possit postea conueniri ad fru-
ctum restitutionem, & condemnari à iu-
dice ecclesiastico: quod videtur per d. c. restitutio-
comissa, sed contra visum est Senatui, nem non
anno 1522. die 21. Nouembri pro magistro habens ani-
Petro du Gar. appellante à Decano, & ca. mun pro-
Ambianensi, quia hoc procedit, vt ad re-
stitutionem teneatur in conscientia. Arestum.

16. Et sic debet moneri per suum confes-
sorē, non quod detur alicui actio: quod est

V v

notandum. Melius tamen esset fructus in hoc seculo reddere, quam ad inferos cum illis deculsi. vel a Papa compositionem impetrare, seu ab illis qui indulgentiis instant componendi potestatem habent.

*In capellaniis quando non pro*nous* s*it priuatus*.*

17. Quinto procedit. c. licet, etiam in capellaniis, quando quis in illarum fundatione dixisset expreſſe velle. c. licet, habere locum in hac capella. vt si presbyter non fuerit promotus intra annum, quod sit ipsi iure priuatus. & alteri etiam eo non vocato conferri possit. Ita videntur decidere Do. de Rot. dec. 108. no. quod rbi in antiqu. sub mult. derer. pernui. decis. i. quia non licet a fundatione discedere. c. quis. de prab. cl. quia contingat de religioſ. domib. & sic potest sustineri conclusio, quod habens capellam tenetur intra annum promoueri, alioqui ea post annum est priuatus, intellegendo ut supradictum.

Prorogare annum pro motionis non potest episcopus.

18. Sexto etiam procedit, quamvis episcopus prorogasset istum annum: quia non potest episcopus dispensare super aetate, nec hoc tempus prorogare. c. praeceps. & c. indecorum, de aetate: nam cum Decret. licet Canon, permittit episcopo dispensationem super residencia, ergo super alio prohibere videtur. argu. c. qualis. 25. dist. ca. nonne, de presumpt. Ioan. monach. in d.c.a. licet, maxime quia illa Decret. licet, ex tex. concilij, contra quam episcopus non dispensat, ca. cum dilectus. ibid. de elect.

Annum pro motionis epiſcopus abbreuiare non potest.

19. Septimo postquam annus datur a iuramento promoueri, non poterit etiam episcopus illum annum abbreuiare, & mouere istum curatum ad breuius tēpus capescendum, quo sacerdos fiat: nam indulsum a iure beneficium nemini est auferendum, per reg. indulsum, in 6. dist. l. si. §. donec. C. de iure delib. hoc ex preſe docet Bon. de vital. in clem. vna, in q. 3. de offic. vic.

Habitans in curia per annum non potest.

20. Octavo declara, quod si possidens hanc parochialem ecclesiam in curia degat, absque huiusmodi promotione facta intra annum, tunc post annum in curia dei parochiale que vacabit: & ad solum Papam collatio pertinet. c. 2. de prab. in 6. [sed episcopus post mensem conferre illum poterit, &c.] cap. 3. ibidem Collecta. in c. ecclesia, in fin. de fortaleg. &

Provincial. in it. declaratoria ſu. per proponente, ſeu voente, &c. verſe. beneficium reſidentis in curia.

[N]on procedit etiam si fit in seruitio archiepiscopi. Nam quamvis fructus possit canonicus in absentia recipere. c. cum dilectus. & seq. de cler. non resid. tamen promoueri tenebitur, quia huic priuilegium à iure non datur, ſicut fructus p̄ceptio. & c. licet canon. omnes addstringit. & priuilegiatus in uno non eft in alio. doct. in authem habita. c. ne filius pro parte. Et quia priuilegium recipiendi fructus, potius episcopū fauore datur quam canonici.

Decimō etiam nihil prodeſſet, ſi ad subdiaconatum vel diaconatum (licet ſint ordinis ſacri) promotedus fuerit, quia tex. in d.c. licet canon. dicit, ad ſacerdotium promoueatur. Et ideo vacabit parochialis ecclesia post annum, ac ſi ad aliquem ex ordinibus promotedus non eſſet, quia non eſt ſatisfactum legi, nec extendimus prenam, ſed oportet ut in fui terminis ſerueatur. Id habetur in d.c. commissa.

21. Nunc limitatur haec regula, primū Epifoni non habere locum in episcopatibus, & Abbatii: quia in his non inuenio hoc statutum cuiuslibet, quorum tamen expreſſa requireretur mentio. gl. singula. in c. 2. de prab. in 6. ſed d.c. licet canon, loquitur ſolum de parochialibus ecclesiis.

22. Et licet tex. in cle. ne in agro. §. ceterum. & ſequenti loquatur de prioratu conuentual. tamen non loquitur de Abbatis: ideo in ea non habebit locum ille tex. tum quia odiosum eft, ideo reſtringendum. c. statutū de elect. in 6. reg. odia, de reg. tur. in 6.

23. Adhaec per adeptionem beneficij incompatible non vacat episcopatus. c. cum noſtris, de conceſ. prab. ſic nec Abbatis, ob id etiam non vacabit per non promotionem: quia nec quidem hoc eft expressum à iure: ſed de episcopis, eft tex. in ca. i. & per totum. 100. diſt.

24. Idein ſi ecclesia parochialis erigatur in cathedralē, quia perdit nomen parochialis: vt consuluit Dom. conf. 125. dubia, in p. & ſic nomine parochialis non continuatur, renot. in c. ſum noſtris, de conceſſio. prab. bene. Petrus

Petrus de Perus. in tract. de mut. statut. eccl. script. superius in tract. vno.

monasterio
bi episcopis
m vi pro-
mouatur.
25 Ideo iura antiqua remanebunt in his
incorrecta, ridelicet e. cum in cunctis. s. infes-
tis abba-
ri, si monitus non promoueatur, [nempe
in concilio Picta. sic statutum fuit, ut Ab-
bates, decani, & prepositi, qui presbyteri
non sunt, presbyteri siant, quodsi aliqua
iulta causa prohibente presbyteri, aut dia-
coni esse non potuerint, prælationes ad-
mittant. cap. i. de acta. & qualita.] & sic etiam
in episcopatibus, & Abbatis monitione re-
quiritur, antequam videntur per non pro-
motionem: quam monitionem hic & a
liis casibus hodie contemnunt archiepi-
scopi, & episcopi facere in suarum perni-
ciem animarum, cum ipsi vigilare deberent
supra gregem, at vereor ne quidam circa
ferarum, vel mulierum venationem po-
tius inuident quam circum animas. præ-
cor Domine facias, vt videant.

26 Abbates quoque nolentes promoue-
ri suam grauite onerare conscientiam ar-
bitror, ni iustum aliquod afferant impedimentum,
siquidem non secundum Abba-
tiarum institutionem officium eis iniun-
ctum exequuntur, sed à probis, quibusque
munus hoc sanctum & religiosum misere-
præcipiunt: quamobrem non sine grauissi-
ma culpa tenentur ad fructuum restitu-
tionem: quia cessat causa seruitij, ergo &
fructuum lucrum, per l. quod dictum. ff. de
pactis. c. cum cessione, de appellatio. & si essent
in concilio, procurarem statut, vt etiam o-
mnis illi ipso iure post annuin estent pri-
uati per non promotionem, ino quod es-
sent presbyteri ante adeptum episcopatu-
m, vel Abbatiam: quia hodie infamibus
dantur, & si senibus concedantur, isti no-
lunt promoueri, Imo licet diaconi Cardi-
nales non teneantur promoueri nisi ad
diaconatum, ratione Cardinalatus, ramen-
si habeant Episcopatum promoueri te-
nentur, sicut alij Episcopi, iustum haben-
tes præbendam diaconale si recipient par-
ochiale eccliam. ea. licet, & puto tor-
queri in inferno illos qui nunquam fue-

runt promoti, & tamen deuorarunt in vi-
ta cibaria sacerdotum, & Papallos debet
compellere, nā hac memoria mundo qui-
dam tales sunt ad deuorandum bona pau-
perum.

27 Secundū non procedit in ecclesiis
collegiatis etiam parochialibus, per e. sta-
tutum, de elect. in 6. nam in illa qualitas addi-
ta generi, facit illud transire in aliam spe-
ciem: vt docet texus. in l. ius civile. ff. de iustitia
& iure. Panor. in e. bone. i. no. a. de popula. prela.
Barba. in tracta. de prelatis. Cardinal. in l. quest.
1. partis. nu. 14. pleia. Albert. in tract. de augmen-
to. in 3. conclus.

28 Tertiū limitatur in dignitatibus et. Habens di-
lam curatis: & sic Decanus etiam ecclie dignitatem
curata non tenetur intra annum promo-
curatis vel
teri, quia c. cum in cunctis. s. inferioris, de ele-
collegiatā
cio. nō recipit suppletionem, nisi immerē non priua-
parochialibus, ergo in aliis locū non ha-
tur per nō
bebit: & simpliciter ecclie parochialis promoto-
nion comprehendit parochiale ecclie nem.
qua dignitas est, si quidem aliam qualita-
tem habet, Ioan. Andr. & alij in d. ca. statutum,
per illum text.

29 Nam postquam in c. licet canon, fit
mutatio in ecclie parochiali, ergo in a-
liis remanet, c. cum in cunctis, immutatu:
nde sine monitione non priuatur quis
dignitatibus curatis, etiam quia in illis ap-
ponitur poena, dem. rthi qui, de etate. & sic
consilii Feder. cons. 25. causus quidam. & cons.
76. causis & c. prior quidam: igitur alia poena
non erit adicienda.

30 Et sic illius non promotionis poena Decani
locū non habebit in decanatibus, preposi-
turi, aut Archidiaconatibus: vt docet Dom. & Archi-
consil. 31. quoniam, & consil. seq. plene consuluit diaconi nō
etiam pretextu nouae constitutionis, & Romia. priuantur
consil. 25. quo ad primū, que. 2. plura conges-
ob non pro-
sim lib. meo. in d. statutum: ideo qui possedit
præposituram curatā in ecclie collegia-
ta sine promotione per annum, non tamē
est priuatus, nisi fuerit monitus: vt refere
Boet. in decis. Burdegalen. quest. nro. quidam re-
nunciavit, in fin. quia non est parochialis
simpliciter, de quo loquitur c. licet canon: licet
æquum & bonum esset vt per concilium,
vel per Papam hoc statueretur: & hoc ad

Dei seruitium tenderet. [Tamen obtinentes dignitatem, vel canonicatum in eccl^{ia} cathedrali, vel collegiata, quandiu in sacr^{is} non sunt, non habent vocem in capitulo, nec nisi dimidiata partem distributionum quotidianarum. cle. vt si qui de cetero & qualita^t addit etiam consuetudo, vt non sedeant in superioribus subselliis chor^{is}: quæ consuetudo fuit per Senatum approbata contra quosdam canonicos eccl^{ie}. Locharum, requirente procuratore regio in causa^{re} appellationis cantoris illius eccl^{ie} contra quosdam canonicos. 1554. die 5. Junij, in magna camera.]

Pnitam: 31 Quart^o non procedit, quod ecclesia parochialis effet principaliter vniuersitate prebendæ, vel alteri beneficio simplici. ex iuris posidet pander. §. qui verb^o, de preben. &c. super eo. illo tituli. in sexto. Siquidem eo. causa beneficium unum afflum naturam eius cui vniatur. tra annum per cap. recolentes, in fine de statu monach. Anto. non pro. in cap. i. ne sede vacan. glo. & doct. in d. cap. licet canon: tum quia principale tunc attenditur, non accessoriū. quod sequi naturam principalis conuenit. l. cum principali. ff. de regul. iur. scripti in tract. de rmo. supra, secus si sequitur principaliter: ut docet. Nicolaus Milius. in verb. curatum, pr in vlt.

Curam ob. 32 Quinto idem si non habeat curam fori pœnitentialis, sed tantum fori contentio- controv. si. Cardinal. in clementina. q. 20. de off. vicari. non compre. vbi dicit, quod Archidiaconus habet cura beditur in fori contentioſi. capit. u. & finali, de officio Ar- ca. licet ca. chidaco. & tamen non tenetur fieri sacerdos intra annum, sed sufficit quod fiat dia- conus. c. cum in cunctis. §. inferiora, de elect. quamobrem sine monitione non priuare- tur: quia d. c. licet canon, loquitur in eccl^{ia} parochialis simpliciter non in quoconque beneficio curat.

33 Et superius in declaratio. bullæ & signa- ture retuli differentiam inter ista, nā par- rochialis ecclesia dicitur, quæ parochiam habet, & territorium ad eius curam depu- tatum: ut docet Panorm. in cap. exiir pandæ, de preb. & Nicol. Milius in verb. ecclesia parro- chialis, & scripti in verb. parochiales, in §. sta- dium. 2. de collat. in Concord.

Beneficia. 34 Sexto quando nulli sunt parochia-

ni, fortè propter bellum, vel alias. glo. & doct. in d. c. licet canon. Nam clericos huiusmodi habere beneficium fancimus, qui ad sacrosanctas eccl^{ias}, vel ad monasteria permanent non diuagantes, neque circa ministeria diuina defides, cum propter hoc beneficium eius indulgemus. l. genera- liter. C. de sacro sanct. eccl^{ie}. c. generaliter. 16. q. 1. faciel. 2. ibi, in actu positi, ut dign. ordo seruit. lib. 12. & cessante causa cestat, effectus. l. quod dictum. ff. de pactis. ca. cum cessante, de ap- pellatio. & lo. de Selua. in tractat. de benef. in 3. parte q. 42. lo. Staphil. in tract. de literis gratie, in 2. parte fol. 46. quia si non habeat curam actu, cestat ratio d. ca. licet canon: ut scribunt Anh. & alij per illum text. in cle. vna. col. i. de offici vici.

35 Sed si reuertantur parochiani, tene- bitur, is promoueri ab eo die, quo reuertitur, si quidē incipit actu parochiali esse: ut ipso veruantem erit titulus, ut quod ipsi parochiani inoneant curatum, ut eis seruire teneatur, ne scilicet ignorantiam villæ pre- tendere valeat: de qua inferiorū dicetur.

36 Eum autem verum esse curatum do- cet Staphil. in tract. de literis gratie, titul. de veritate & statu benefic. vers. patet igitur, qui certum habet territorium limitatum, & quod ipse curam exerceat per se non per vicarium perpetuum, & quod iste sic inti- tuatur. Ego vidi praeceptum fieri ab epi- scopo, seu eius officiali isti curato, statim reuersis parochianis ad instantiam illorū, ut refidere haberet, & promoueri intratē- pus iuris, alioqui episcopi prouideret.

37 Septimo curatus poterit ecclesiastu- suam permutare cum alio beneficio in fine anni. ca. commissione elect. in 6. cum ea ante finem anni priuatus non sit, ut ibi dicitur: & sic tenent Do. de Rot. dec. 187. maniq. sub tit. de prebend. dec. 38. licet contrarium ali- bi dicatur fuisse iudicatum in Rot. dec. 355. nota quod non promous. [in antiqu. sub tit. de re- run permuta dec. 6.]

38 Sed primæ sententiæ adhæret Aufre. dec. 471. dicens esse communem & verio- rem: quia suum est beneficium ante finem anni, ergo potest illud permutare etiam decies: permutat Oldr. in confi. 203 factum tale, per illum

per illum texti in c. commissa, & Aegid. Bellam decis. 173. non promotus, ac Rochus in tracta. iuris pat. in verbo honorificum. quæst. 30. [sub tit. de rer. permuta. decis. 1. & in omnibus temporibus actionibus, nisi nouissimus totus dies impleatur, non fингit obligationem. l. in omnibus. i. f. de actio. & oblig. sic nec priuat ur quis ante ultimi diei lapsuin.]

39 Etis cum quo permutatur tenebitur intra alium annum etiā promoueri, alias priuatus erit. de Rot. decis. 108. nota quod vbi, in antiqu.

40 Nam quilibet habens parochialem intra annum promoueri tenetur, siue sit primus, siue post eum aliis, siue causa permutationis habeat, siue ex alia prouisione.

41 Octauo limitatur, quando litigiosa est eccllesia parochialis: nam computatur hic annus à die commissi regimini, & pacifica possessionis, per tex. in c. commissa, de elect. in 6. vel à die, quo potuit esse pacificus: vbi ibi, & c. licet. 2. de praeb. in 6. Aegid. Bellamer. decis. 153. Papa, & decis. 83. super hoc. vbi dicit hoc probandum à non promotio, videlicet litem habuisse, vel habere, aliqui securus non erit, t. e. Dom. conf. 32. Bonifacius. col. 3.

42 Cuius prætextu vidi multas impre-
cipit. parochiales, quia possidens lites sibi
fingebat, sed ante Deum, cui omnia sunt
el priuata. iste qui fингit item satis est priuatus, nec aliquem habet titulum: ideoque
recipiendo fructus est prædo, & fur, &
fallarius, quod falso nomine curati sibi ven-
dicit, & alicribit, cù nō sit quoniam bretere ten-
etur ad restituitione fructuum, vt quos ex
re non sua (cù sit priuatus) accipit, & mala
fide: alioqui nō dimittitur peccatum nisi re-
stituatur ablatum, per reg. peccatum de regul.
iur. in 6. & hic inferno perpetuo, nisi respi-
ciscat, cruciabitur.] Facit tex. in 1. cum hi. §. si
cum lis. ibi ne circumveniatur oratio, fингi c-
enim lites potuerunt, vt transactio etiam

citra prætoris auctoritatē fiat, ff. de transa.
